

duodecim Apostolorum, Patronorum nostrum, sub pena viginti frx., nisi de licentia maioris consilii, pro quolibet et vice qualibet contrafacta. ¶ Et nulla persona sit ausa a Vena superius vel inferius per totum annum capere lepores cum retibus, sub pena viginti frx. pro quolibet et vice qualibet 5 contrafacta.

Cap. LXXXVIII. De cunburentibus fecem. R.c.a.

Presenti statuto ordinamus quod nulla persona sit ausa conburere nec conburi facere in districtu Tergesti nec in dyocesi fece(re)m, sub pena decem libr. par. pro quolibet et 10
169 B vice qualibet contrafacta. //

Cap. LXXXX. De ludentibus et tenentibus ludum. R.c.a.

Quicumque lusserit de die ad taxillos in aliqua parte civitatis Tergesti pro denariis solvat comuni centum sold. 15 par. nomine pene, et acusator habeat medietatem condempnationis, excepto quod si lusserit ad aleas vel ad scachos vel pro scotis. ¶ Et nulla persona sit ausa tenere ludum taxillorum in domo de nocte vel ludentes ad taxillos pro denariis, et si quis contrafecerit, solvat comuni libr. quinquaginta par., 20 et ludens de nocte ad taxillos pro denariis cadat ad penam libr. vigintiquinque par.; salvo quod ludere possint ad scachos ad aleas vel pro scotis. ¶ Et quilibet possit acusare tenentes ludum vel ludentes de nocte, et teneatur in credentia, et probando acusam cum duobus testibus, et acusator etiam habere 25 debeat medietatem condempnationis facte ex dicta acusa. ¶ Et nulla persona sit ausa mutuare undecim pro .XII.¹⁾ monetis, vel simile aliud mutuum facere super ludum vel in aliquo ludo, nec etiam mutuare alicui persone super pignus vel recipere aliquod pignus super ludum vel in aliquo ludo, sub 30 pena decem libr. par. pro quolibet et vice qualibet contra-

¹⁾ pro XII. aggiunta marginale.